



Policratici Contenta

Johannes <von Salisbury, Bischof>

Parrhisius, 1513

Ca. i. Quid maxime noceat fortunatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70332)

¶ Quid maxime noceat fortunatis. Caplm. j.

Nter omnia que viris solent obesse: principib⁹ nihil perniciosius esse arbitror: q̄ q̄ eis fortune blandientis illecebra/aspectū subtrahit veritatis/dū diuitias suas et delicias cōgerit mūdus: quib⁹ delicati sensus pruriginē vicissim refouet & accēdit: vt animus multiplici lenociniorū fraude captus: quadā alienatione sui ab interiore bono deficiens: per exteriora mēdacia variis cōcupiscentiis euaget. Nouerca siquidē virtutis p̄speritas/beatulis suis sic applaudit vt noceat: & in felici successu: sic inuia fortunatis obsequitur/ vt in fine p̄niciem operet. conuiuiis suis ab inuicio p̄pina dulcia. & cum inebriati fuerit letale virus miscet. & si qd̄ deterius est. Quo specie sui clarescit ampli⁹: eo stupētib⁹ oculis densiore infūdīt caliginem. Inualescētibus ergo errorum tenebris veritas euanescit: et virtutum radice succisa seges germinat viciorū. lumē ratiōis extinguit: et totus homo casu miserabili fertur in preceps: Sic rōnalis creatura brutescit. Sic ymago creatoris quadā morū similitudine deformatur in bestiam. sic a cōditionis sue dignitate degenerat homo vanitati similis factus: eo q̄ ex honore collato intumuit. & a tumore p̄didit intellectū. Quid enī eo indignū est qui sui ipsius cōtemnit habere noticiā. qui tempus quod parca manu datū est ad mēsuram/ in vsum vite & solū reparari nō potest/ vsuraria quadā accessione et penali repetendū/ in vite dispēdia prodigit: et in p̄tumeliā auctoris effundit. Quid eo brutius qui ex defectu rationis. & impulsu libidinis/ dimissis propriis aliena negotia curat. & nō modo negociis/ sed & alienis ociis iurgit occupat. Quid eo bestialius q̄ omisso officio de media nocte surgit: vt sagacitate canū: venatorū industria: studio cōmilitonū: seruulorum fret⁹ obsequio/ tēporis/ & fame iactura/ rerū laborisq̄ dispēdio de nocte ad noctem pugnet ad bestias.

¶ Quid in studiis alienum.

Capitulū. ii.

Alienum profecto est. quod ratio nature/ vel officii nō inducit. si tamen interdum recte dicit̄ alienū. quod relict⁹ fuerat semper fuisse nulli⁹. Que vero nature sunt pereque sunt omnium que officii sūta sūt singulorum. aliud itaq̄ ex officio/ aliud ex natura: licet nature ius ex officio debeat: parricidii siquidē species est ipugnare iura nature. & sacrilegii instar/ p̄ntis leges euacuare. & matri omnium hono-

flora mala q̄ fortune p̄speritas opatur. *¶* Seneca. *¶* Cū principes oīa possideant vnū tñ eis desest/ q̄ non habēt q̄ dicat eis veritatem. *¶* Alis r̄ quod.

Concor. p̄tolo-
meus philoso-
ph⁹ p̄heludē-
sis in li. de vita
et mor. philo.
ca. cij. vū dicit.
Insi piens est
qui sui ipsius
q̄ritatē igno-
rat. licet tales
p̄hs in. ca. f. de
vita r̄ mor. ph.
lo. interrogat⁹
quod difficile
ait se ipsum
agnoscere.